¶ Querit' vtꝝ de cogitatiõibꝫ vanis aut noxĳs q̃ superueniũt i canone aut i memẽto ibidẽ resistẽdũ sit ill'? Rñdet' ꝙ ñ dꝫ tũc se occupare q̃s circa illas / sȝ vltra ꝓcedere. Hoc est tutissimũ ꝛ necessariũ ꝯsiliũ / etiã vbi cogitatões viderent' eẽ de ꝯmodis rebꝫ ꝛ expedientibꝫ. qꝛ debet eis tũc dicere saltẽ facto. venitis importune. nõ habeo nũc horã aut locũ rñdẽdi vobis. expectate tp̃s aliud dũ vacabit. Porro q̃ ad cogitatões fedas. noxias ꝛ blasphemas / siue sit hõ i missa siue alibi. ille potius vincunt' ꝯtemnẽdo nec rñdẽdo eis q̃ȝ pugnãdo. Scio quẽdã q̃ ad occursũ taliũ solitus ẽ in anĩo subridere quasi subsannãs. nec curãs imissiones istas fedas ꝑ angelos malos. que inde protinus euanescunt.

¶ Utꝝ liceret extrahere muscã vl' araneã vel aliud h'moi de sanguine cũ cocleari ꝑuo aut aliq̃ alio nõ cõsecrato? Rñdeo ꝙ sic. ꝓsertim vbi nõ possꝫ aliq̃d tale extrahi ꝯmode cũ digito ꝯsecrato. vel cũ patena / aut aliq̃ tali.

¶ Utꝝ si caderet aut inueniret' i sanguiẽ musca aut festuca. aut pilus. aut filũ. aut aliq̃d tale q̃d posset impedimentũ aut nocumẽtuȝ ꝑstare sumẽti sanguinẽ deberet extrahi. ꝛ q̃d inde fieret? Rñdet' ꝙ posset extrahi ꝛ lauaretur bñ / et lotio sumeret' si nõ eẽt venenosa. et musca ꝛ festuca ꝯbureret'. aut ipa vl' cinis eius poneret' i loco abdito / vt i altari vel piscina.

¶ Utrũ grauiter peccaret ille ꝑ cuius negle-ctũ talia inuenirẽtur i calice? Rñdeo ꝙ tutũ est facere ꝯscientiã ꝛ confiteri. ꝛ est pctĩm maius aut minus s'm ꝙ negligẽs debuit adhibere maiorem cautelam.

Utruȝ quando ponit' vinũ ꝛ aqua in calicẽ. si (vt sepe ꝯtingit)

resiliat gutta vna vel ampli⁹ / ꝛ remaneãt ab intus inter labiũ calic' ꝛ fundũ / debeãt post consecrationẽ tales gutte dici cõsecrate? Respõdeo ꝙ nõ. ꝓsertim si sacerdos nõ intẽdit nec intendat ꝯmuniter ꝯsecrare nisi illud vinũ q̃d est in fundo calicis. Põt tñ illa gutta sumi añ ablutionẽ sub intẽtõe generali. si cõsecrata ẽ vt ꝯsecrata. si nõ / vt nõ cõsecrata. et cautũ est vt sacerdos sit sollicit⁹ ab initio vigilare circa talia. ꝛ circa panẽ ne mice cadãt ab hostia. ꝛ ne tales gutte remaneãt. si aũt sacerdos dũ aduertit añ ꝯsecrationẽ tales guttas / intẽdit eas cõsecrare / ipse sunt ꝯsecrate. Silr' si habeat i ꝑncipio itẽtõȝ ꝯsecrãdi q̃c q̃d ẽ ꝯsecrabile / tũc totũ consecratũ est.

¶ Utrũ si quis omittat vel dubitat omisisse aliquid in consecratione / an debeat solũ reincipe ad id q̃d omisit / vel omisisse se credit. aut si ab initio dꝫ reincipe. ꝛ q̃d de illis q̃ assuescũt reiterationẽ? Rñdet' ꝙ nõ ẽ leuit' reiteratio faciẽda. ꝛ malũ est cõsuescere / ꝓsertim in verbis sacramẽtalibꝫ nõ dꝫ iteratio fieri / nisi ꝯstet certitudinaliter ꝙ verba nõ sũt dicta. Si aũt dubitatio sit ꝓbabilis tunc fiat reiteratio sub ꝯditõe iplicita. sicut fit duȝ dubitat' de aliq̃ si fuerit baptizatus. vt dicatur sic in corde. Ego nõ intẽdo cõsecrare hanc hostiã. ꝛ tũc dicat verba ꝛc̃.

¶ Utꝝ si quis sine lumine dicat missã. aut si deficeret lumen in media ꝑte misse. Et maxime a cõsecratione vsqꝫ in finẽ / incurreret' excõmunicatio? Rñdet' ꝙ dꝫ facere ꝯsciam tã sacerdos q̃ȝ minister. nõ tñ est snĩa excõicationis sup hoc lata.

¶ Utꝝ necesse ẽ accẽdere facem seu torchiaȝ

in ꝯſecratōe vel cōicatōne populi? Rñ. detur ꝙ obſeruet᷑ vſus loci ⁊ tpis. ⁊ ſilr ī dādo pa[illegible] [illegible] q̄ nō ſunt mortuorū. Nō puto tñ ꝙ aliqđ iſtoꝝ ſit ꝓceptū obligans. nec omiſſio dꝫ reputari pctm̄ mortale niſi fieret ſcienter ex ꝯtēptu/ vel cū ſcandalo puſilloꝝ.

¶ Utꝝ hoſtia ſi ſit ī modico maculata/ vel ꝑforata/ vel detrūcata ⁊ nō rotūda vt moris ē q̄d fieri? Rñdet᷑ ꝙ tal' nō dꝫ aſſumi ī ꝓncipio ꝓſertim vbi neceſſitas nō vrget/ ⁊ pt alia hri. Sed ſi ſit iā ſumpta/ ⁊ non pōt alia peti conſequenter ſine ſcandalo. dimittat᷑ ipſa. ⁊ fiat ꝯ[illegible]ia poſtmodū de neglectu.

¶ Utꝝ [illegible] dicat miſſam ita ꝙ null' ibi ſit niſi is q̄ iuuat eū teneat᷑ ad cōfiteoꝛ dicere. ⁊ vos frēs. vel miſereatur vr̄i? Rñdet᷑ ꝙ ſic. qꝛ ille vnus gerit vicē totius populi.

¶ Itē q̄ntū ſpaciū req̄rit᷑ poſt ꝑceptiōeꝫ ſacri ad digeſtionē eius. ita ꝙ ſi ex infirmitate vel al's hō euomuerit/ iā nō eēt neceſſe colligere qđ euomuit? Rñdet᷑ ꝙ cit' aut tardi' fit digeſtio ſm q̄litatē ꝯplexionū. Sed ē certa regula. ꝙ ſi appareāt ſpēs ī vomitu. ille debēt colligi ⁊ ſumi. vel tanq̄ corp' xp̄i ī vaſe mūdo ſuari. alioq̄n ſi nullo mō appareāt ſpēs. ponat᷑ vomitus in piſcinā/ vel cōburatur.

Quaꝫ poteſtatē habet abbas de iure ī abſoluēdo ſubditos?

Rñdeo ꝙ habet ptātē ordinariā plenariā. niſi ꝑ quāto ſupioꝛ ſuus. ſ. papa vel eps inuenit᷑ limitaſſe eā ꝑ iura ſcripta vel aliter. Pōt inſuper poteſtatē ſuā ſubdelegare.

¶ Utrū abbas poſſit abſoluere nouitios ſicut ꝓfeſſos? Rñdeo. puto ꝙ ſic.

¶ Utꝝ illi q̄ adhuc ſūt ī laico habitu anteq̄ habeāt habitū nouitioꝝ. vel an̄q̄ habeāt cōſenſū ꝙ recipiant᷑ ꝓ nouitijs poſſint abſolui vt ſup̄? Rñdeo. puto ꝙ ſic. ſi habeant ꝓpoſitū temptādi ordinē ⁊ religioneꝫ ſine fraude. Iſta tñ q̄ſtio ⁊ ꝓcedēs magis ſpectant ad iuriſtas. vel ad eos q̄ ſciunt iura poſitiua ⁊ ꝯſuetudines in religionib' approbatis.

¶ Utꝝ abbas pt delegare ſuā poteſtatē. ⁊ vſq̄ ad quē numeꝝ deſcendēdo? Rñdeo ꝙ pt delegare quibuſcūq̄ vult. pōt etiā quib' delegat dare poteſtatē ꝙ eligent ⁊ nominēt tot ⁊ tales quot ⁊ quales voluerint. ⁊ ipe autoritate ſua delegat eos. ⁊ hoc ſtat cū illa regula. ꝙ ſubdelegatus ſubdelegare non pōt. verum eſt itaq̄ ſua autoritate.

¶ Utꝝ [illegible] habeat [illegible] ptātē ſ. abbas? Rñdeo ꝙ ſic ſi ſibi ꝯmiſerit/ licet ipe directe ſubdelegare nō poſſit.

¶ Utꝝ ꝓores ⁊ marie ī ill' religiōib' q̄ nō habēt niſi vnū abbatē q̄ toti religioni ꝓeſt/ habeāt ptātē [illegible] abbates. Et vtꝝ poſſit delegare ⁊ q̄b'? Rñdeo ꝙ ꝓores hñt ptātē ordinariā ſicut curati parochiales. ſed illā ptātē habēt limitatā ſepe ꝑ ſuū abbatē vl' epm̄ vl' papā. pñt tñ ſubdelegare in illis caſib' q̄ eis autoritate ordinaria relinquunt᷑.

¶ Utꝝ ſacerdotes ſclares eo iure ꝙ ſunt ſacerdotes/ pñt abſolui ab alijs ſacerdotib' ſecularib' q̄buſq̄. ſ. de caſib' ꝯmunib'? Rñdetur ꝙ nō ſm iura ſcripta. ſed ꝯſuetudo inualuit in oppoſitū ſciētib' p̄latis ⁊ tolerantib'. ⁊ ita videtur conſentire ⁊ dare licētiā. Sed de religioſis ſecus eſt. qꝛ nō pñt audire ſeculares ſine licentia ſuorum maiorum.

¶ Utꝝ ſit celandū q̄cq̄d dr̄ ī ꝯfeſſione ſub ſigillo ꝯfeſſionis? Rñdet᷑ ꝙ peccata ⁊ eoꝝ circūſtantie. et ea ꝑ que poſſet haberi cognitio peccatoꝝ/ ſunt de ſigillo ꝯfeſſionis et de neceſſitate celāda. Alia etiā ſunt celāda tāq̄ ſecreta/ ſi dicant᷑ bona fide ⁊ intētione. nec tendunt ad ſubuerſionē ſed edificationē.

¶ Utꝝ ꝯfitēs poſſit dare licētiā ꝯfeſſori ſuo reuelādi q̄cq̄d qđ ab eo audierit ī ꝯfeſſione. ſiue tāgat ꝯfitentē aut aliū quēpiā. ſiue etiaꝫ ꝓ pace aliquoꝝ ad inuicē reformanda/ aut ꝓ ammonitōe alicui' ſeu correctōe aut [illegible]? Rñdet᷑ ꝙ ꝓprie loquēdo nō pt dare licētiam ꝙ ꝯfeſſio reuelet᷑. Sed pt dicere extra ꝯfeſſionē. ⁊ adhuc cautela magna ſeruāda ē in tali reuelatōe. ⁊ expedientius ē ꝙ ipemet confitēs dicat qđ dicēdū ē. et ꝓſertim ſi ſit dicēdū in publico. Rurſus dū tāgit pctm̄ alteri' ſecretū/ ꝯfitēs nullo mō dꝫ reuelare niſi ad bonuꝫ ipſius ſicut vellet ſibi fieri. ⁊ ꝙ dicat᷑ tali ⁊ tale/ qđ prodeſſe debeat nō obeſſe.

¶ Utꝝ ꝓ ꝑiculo vl' dāno tpali vl' magis ſpūali ꝯfitētis aut ꝯfeſſoris aut alteri' ꝑſone ſingularis aut pluriū vel vni' ⁊ toti' cōitatis euitādo poſſit aliq̄d ſub ſigillo ꝯfeſſionis auditū reuelari/ dato ſaltē ꝙ ꝯfeſſoꝛ diceret ꝯfitēti ꝙ talia nō reciperet ſub ſigillo cōfeſſionis/ aut q̄ [illegible]? Rñdet᷑ ꝙ null' o mō etiā ꝓ ſaluādo vno regno licitū ē cōfeſſiōꝫ reuelare. qꝛ nō ſunt faciēda mala ⁊c̄. Nec ſufficit dicere poſt auditōꝫ cōfeſſionis ꝙ ꝯfeſſoꝛ nō capit ī ꝯfeſſione ex q̄ iā audiuit. Sec' ſi a ꝓncipio diceret [illegible] noli mihi cōfiteri. qꝛ non volo tenere ſecretū illud qđ dixeris. Et tūc iā nō eēt cōfeſſio ſacramētal'. de cui' ratōe eſt ꝙ ſit ſecreta/ niſi aliter ⁊ aliunde ſciatur.

Utrũ si quis pecca-
uerit occulte sic q tale pctm̃ tãgat vel scãda
lizet cõitatẽ/siue pctm̃ sit graue vl leue.
¶ Utrz peccãs teneat seipm publicare. Et h
tãgit religiosos? Rñdet q si pctm̃ sit d se pu
blicũ/sic hic supponit. licz psona sit occulta.
tũc si p platũ interrogetur de dicẽdo veritatẽ/
ipe dz illã dicere tã d se q d alijs in casu tali.
Et i h nõ pdit se/sz obedit legi dei z suo supi
ori q cogũt se reuelare. Pot tñ tal culpabil
plato suo interrogãti i publico corã alijs sic
dicere. dñe qd scio parat sum vobis dicere
ad ptẽ. Si aũt factũ esset occultũ d se. et pso
na aliq esset publice diffamata vel accusata/
ipa silr dũ interrogat a supiore/ tenet dicere
veritatẽ. Si aũt factũ e occultũ/et psona nõ
sit diffamata/tũc tal psona interrogata per
suũ supiorẽ nõ tenet se reuelare. z põt dicere.
Dñe/nõ debets me sup talib interrogare/ex
quo nõ sum diffamat vel accusat vel denũ
ciat. Si aũt supior vrgeat eũ p iuramentũ
z sub pena excõicatõis/ipe nõ tenet obedire
nec penã timere. Sed si p tales euasiones et
rñsiones ipsa psona veniat i suspitõz supio-
ris vl audientiũ q ipsa aliq d sciat/hic e ma
ior difficultas. Et plane si sit res cognita in
cõfessione solũ. dicũt doctores q absq scru
pulo põt dicere z iurare. Dñe ego nihil scio
de istis. Et h sic intelligit/q nihil scit tali mo
do vel scia/quali mõ pot supior z solũ debet
interrogare. Si aũt posset similiter in alijs
partesecretis ita respõdere sine mẽdacio. ego
nõ audeo diffinire. Uideret tñ alicui par ra
tio/z par verbi intellectus.
¶ Utrz in casu pdicto possit plat p[illegible] q[illegible]
sciuerit accuset eũ. aut si tal tenet obedire?
Rñdet sicut ad porẽ i omi casu. Et addo q
supior i tali inqsitõe pure secretorũ grauiter
peccat. z eet puniẽd. qm̃ excedit metas offi
cij sui. z violat q̃ tũ in se e iurisditionẽ dei/q
sibi soli secreta reseruauit punienda.
¶ Utrz si qs maliciose accedat ad platũ suũ z
pfitẽs pctm̃ suũ d quo credit se nõ posse pu
blice puniri. qz ei secrete pfessus e. Si vero
añ pfessionẽ pctĩ vel post venit ad noticiã p
lati tale pctm̃ p pfitentẽ vel p aliũ/possit pla
tus ipz pctm̃ reuelare. z publice punire pec-
cantez. et pcipue si publice accuset? Rñdet q
sic. sed obseruet platus ne scãdalũ oriatur. et
hoc faciet ostẽdẽdo pus qliter scit mõ publi
co vel añ confessionẽ vel post pctm̃ confessũ
celãdo tñ q aliqd sciat in pfessione. Immo
si p hoc innuat q platus reuelet confessione
ipse est grauissime puniendus.
¶ Utrz si maior solus aut vn vel duo alij so
li sciãt pctm̃ alicui. an possint aut debeant
adducere tale pctm̃ ad publicũ iudiciũ? Re
spondet. oportz ad minus esse duos testes.
z qui sciant et certa cogñitõe nõ et solo au-
ditu. vel q ipse re pfessus sit publice. pot eti
am in hoc casu p iuramenta z aliter molesta
ri ille q e publice diffamatus de aliq facto.
vel vbi factũ e publicũ. licet psona sit occul-
ta. quatinus publice veritas cognoscatur.
¶ Utrz reuelator pfessionis remittẽd sit ad
supiorẽ/z ad quẽ. z si i omi casu. id e si semp?
Rñdetur q hoc tuti est vt remittat ad terro
rẽ. qm̃ pctm̃ est enormissimũ. z pessimũ. z re
putarẽ min malũ apostatare pres a religio
ne pfessa. licz nõ sit tal pena i canonib statu
ta. et vix posset dari pena sufficiẽs. Jura tñ
[illegible] q talis retrudat i artũ monasteriũ
zc. nõ q iura cogant pfiteri religionẽ. sed co
gunt carcerẽ pati/vel talẽ penitentiã.
¶ Utrz si qs nõ publice sz singulariter expro
brãdo tñ. z h extra pfessionẽ/vel etiã i pfessi-
one pctm̃ dixerit i pfessiõe auditũ/sit puniẽ
dus. z quõ? Rñdet q et charitate z i pfessi-
one põt sibi obijcere pctm̃ pfessũ seruata di-
scretiõe. sz sepe nõ expedit vbi pfessus scãda-
[illegible] pfessiõe al's faciẽda. Extra vo pfessiõz nũq fiat
exprobrãdo/nec etiã admonẽdo nisi forte in
qdã generali. z h adhuc vix pt bñ fieri. Pro
ptea tuti e dimittere et sp oñdere q de pctis
pfessis nihil sciat aut cogitet. Reperiat alia
via monẽdi q̃ ista. z cogitet quilibet qd sibi
vellet fieri aut nõ fieri in hac parte.

Utrũ si pfitẽs obli-
uiscat pniaz debeat itez pfiteri? Rñdet q ta
lis dz pfiteri de pnia oblita. Et qz nũc pnie
sũt arbitrarie. videt q nõ opt et pfiteri pctã p
ora. licet doctores antiq dixerint oppositũ.
¶ Utrz si qs ñ ppleat pnias sibi iniũctas ex
negligẽtia z torpore/vel ex mala voluntate.
aut forte qz nimis graues sunt/sufficiat se itez
pfiteri/z non iterũ facere pmas pnias? Rñ
detur q pfessor põt scd'm suã discretionẽ rela-
xare/psertim i penitentijs datis p pctis oc-
cultis/nõ ita de publicis. nec vi det recurrẽ-
dũ ee de necessitate ad porẽ cõfessorẽ aut su
piorẽ. Et psertiz qñ tales pnie date sunt ñ p
supiorẽ sed p equalẽ. alioqn tutũ est recurre-
re ad supiorẽ vel equalẽ/p relaxatõne vel cõ-

[illegible]atōe. ꝛ hoc quo ad pnias faciēdas Sꝫ
[illegible] puto ꝙ confessor q̄ habet pote
[illegible] absoluēdi. pōt ꝓm arbitriū suum dare
nouā penitentiā [illegible] nō iniūgere complenonē
illius que omissa est.

¶Utrū expediat sepe aut ī oībꝫ ꝯfiteri eadē
pctā. s. aut ꝑpter pleniorē indulgētiā acq̄ren
dā que ex maiori ꝯfusiōe causari pōt. aut ꝑ
pter maiorē humilitatē? Rn̄detur ꝙ hoc bn̄
fieri pōt propter aliquā causaꝝ p̄dictarum.
aut aliā similē. vel propter habendū consiliū
Et caueat̄ ī tali narratione curiositas. ꝛ spe/
cialiter in peccatis carnis.

¶Utrū si q̄s ꝯmiserit plura pctā [illegible] eiusdē
generis aut spēi / q̄ tn̄ nō inducunt ad aliud
pctm̄ graue. i. q̄ nō habēt circūstātias graues.
Utrū sufficiat de [illegible] genere aut specie ge
neraliter cōfiteri. ꝛ nō ī speciali de oībus?
Rn̄detur ꝙ sufficit / p̄sertim si dicat̄ numerꝰ
pctōꝝ dū scit̄. aut dū nescit̄ / explicet̄ talit̄ ꝙ
ꝯfessor possit satꝫ cogitare multitudinē pec/
catoꝝ. vt dicēdo. ꝑ vnū annū vel ꝑ mēsem in
cidi in tale pctm̄ totiens quotiens tēptabar
ꝛc. q̄ quo ad quodlibet speciale descēdere n̄
oportet. nec sepe expedit ꝑpter audientē ꝛ
loquentē ꝛ tpis amissionem.

¶Utrū si plēs nō simꝫ sꝫ vnꝰ post aliū aut duo
tm̄ sit / viderint quēpiā peccare possint eum
ad publicū iudiciū adducere? Rn̄detur ꝙ si
duo simul viderint idē factū. eodē tēpe ꝛ eo/
dē loco pn̄t testificari vt ī publicū veniat Se
cus si sint diuersa tpa et diuersi actꝰ successi/
ue. ꝛ vnꝰ vidit post aliū ꝛ nō simul. q̄ tūc nō
sufficit testimoniū ad ꝯuincēdū.

¶Utrū ꝑpter p̄sentiā heretici. scismatici vl̄ al
teriꝰ excōicati debeat q̄s cessare ab orōne vl̄
in missa sistere ī quolibet passu fuerit vel ī of
ficio diuino? Rn̄detur. si talis assistēs sit no
torie excōicatus ꝛ denūciatus. et hoc cōstat
illis de choro vel eccl̄ia. talis celebrās debet
cessare. ꝛ significare palā cām sue cessatiōis /
nisi excuset̄ ꝑ timorē cadentē in cōstantē viꝝ
Si aūt excōmunicatō sit occulta nec fuerit
denūciatio facta / talis nō debet cessare a ce/
lebratione publica / p̄sertim iaꝫ inchoata. q̄a
nec debet alium propalare.

S Si quis petit pro/
batōꝫ religiōis. ꝛ tūc inuenit̄ strabo aut de/
bil̄ / aut insciꝰ / aut ī aliq̄ inhabil̄. et h̄ bn̄ tūc
notat̄ / ꝑmittit̄ tn̄ sic ꝑ annū. post hoc petit ꝯ
fessionē. ꝛ nullū aliud hꝫ impedimentū q̄ꝫ ꝑ
us / vtꝝ possit repelli? Rn̄detur ꝙ sic. etiaꝫ ꝑ/
tis / nō assignata alia ratione.

¶Itē nouitius interrogatꝰ an habeat aliq̄d
impedimentū ꝑ quo nō possit ꝓfiteri / rn̄det
se nō habere / ꝛ mētitur. et sic ꝯsentitur sue ꝓ
fessioni. immo de facto ꝓfitet̄. inuenit̄ tn̄ po
stea q̄ impedimentū habeat / vtꝝ talis ꝓfes
sio valeat aut nō? Respōdet̄ ꝙ talis nouitiꝰ
ligatus ē intrare religionē istā vel aliā Sed
de conuētu maior ē difficultas. q̄ p̄suppo/
nitur ꝙ nō cōsensit nisi sub ꝯditōe ꝙ nouiti
us nō haberet aliq̄d tale impedimētū quod
exp̄sse nolatur / et in statutis ordinis ponit̄.
Et ita videt̄ ꝙ nō stante tali ꝯditōe consen/
sus nō tenet. Sūt tn̄ argumēta ad opposi/
tū de conditōnibꝫ appositis matrimonio q̄
dimitto. Consulerē tn̄ ꝙ talis iā ꝓfessus ex/
terius ꝛ diu toleratus nō expelleret̄ nisi ne/
cessitas vrgeret. ꝛ hoc ꝑpter scandalū vitā/
dū ꝛ charitatem nutriendā.

¶Si dispensator aut procurator monasterii
vel alius cui forte date sunt pecunie ꝑ emen
do aliq̄d pro ꝯmuni. aut ꝑ quauis alia cau/
sa ꝯmunitatis / ipse emat pro se vel ꝑ alio cul
tellū vel graffiū / aut filū / aut acū absq̄ licen
tia generali aut speciali / aut ꝑmissu p̄sidētꝫ.
vtꝝ talis faciat ꝯtra votū pauptatis / ꝛ repu
tetur ꝓprietarius / peccaueritq̄ mortal̄r tā/
q̄ꝫ trāsgressor voti. Et silr̄ dico / si dederit vl̄
accepit ab extraneis? Rn̄detur ꝑ distinctio/
nē. q̄ vel talis procurator estimat ꝓbabilit̄
ꝛ ratiōabiliter ꝙ supior suus vellet bn̄ si sci/
ret ꝙ illa fierēt de quibꝫ queritur. Et in hoc
casu nō videt̄ talis procurator ꝓprietariꝰ vl̄
transgressor voti. Si autē credit aut crede/
re debeat ꝓbabiliter ꝛ rationabiliter ꝙ su/
perior talia sciret / ipse nō approbaret / sed di
spliceret sibi. ꝛ hoc displicētia graui. tūc tal̄
est fur ꝛ transgressor voti.

¶Utrū q̄s renuere debeat officiū quodcun
q̄ sibi iniunctū a maiore ꝑpter aliq̄d impe/
dimentū ipsius officii? Rn̄detur ꝙ reuelatis
excusationibꝫ suis maiori suo si idē ꝑsistat ī
sua volūtate / obtemper sibi ꝯfidēdo de diui
no adiutorio. Et hoc etiā habꝫ ex regula. ꝙ
si impossibilia iniūgunt̄ alicui fratri ꝛc. Pre
supposito tn̄ ꝙ nō habeat̄ rational̄ existima
tio de maiori / ꝙ ex imꝑitia vel malicia p̄cipi
at illud. ꝛ ꝙ illud q̄d iubet̄ sit de illis que ꝑ/
tinēt ad regulaꝫ. ꝛ ad que se extēdit potestas
maioris [illegible] nō debꝫ obedire. Dicit̄ aūt
rationalis existimatio / qn̄ ratiōes probabi/
liores habent̄ ad sic credendū q̄ꝫ ad opposi/
tū / dūmodo nō fabricet sibi tales rōnes. in/

ordinata vel indisciplinata affectio ¶ Queri
tur quō intelligat istas autoritas bti Tho.
de aquino / ꝙ ꝯsensus delectatōis pcti mor/
talis / ē pctm̄ mortale. Rn̄detur ꝙ si q̄s tem/
ptatus fuerit de aliquo pctō mortali / si dele
ctat in eo delectatōe morosa / ⁊ placeat sibi il
la delectatio rōne deliberata / ita ꝙ nō vellet
ꝙ tēptatio recederet. sed ꝙ delectatio duret
ampli⁹. posito ꝙ nō vellet actualit ꝯmittere
pctm̄ / hoc ē exercere pctm̄ suū ad extra / pec/
cat mortalr. Et hec rn̄sio ꝓbata ē. et i mult
alijs casib⁹ h₃ locū eadē autoritas. Propte/
rea cautissimū ē / statim abigere tales recogi
tatōes operꝫ carnaliū ti alioꝝ q̄ȝ suoꝝ. Quis
sit aliqn̄ i tali recogitatōe viciū q̄ddā curio/
sitatis noxie / quā nō optet esse pctm̄ morta/
le poti⁹ q̄ȝ sit delectatio carnal. et hec curiosi
tas cōis ē apud quēlibet ex sensib⁹. vt ocul⁹
nō saturat visu / nec auris auditu ⁊c̄. Et pōt
magis dici delectatio hm̄oi sensual q̄ȝ carnal
seu libidinosa. Finiunt questiones.

Eiusdē de peccato veniali duplici.

T n Ota ꝙ dupliciter dici pōt pctm̄
veniale. Nā aliud ē veniale soluz
ex genere / sicut verbū ociosū. aut
mēdaciū iocosū. Aliud ē veniale ex hoc ꝙ n̄
fit cū deliberatōe pfecta / sed i p̄mo motu vel
q̄dā surreptōe. quēadmodū nullū ē peccatū
adeo mortale quin p defectū pfecti ꝯsensus
possit remanere infra metas soli⁹ venialis.
Et q̄ ad ista pctā venialia verissima ē regl'a
bti Aug. vicꝫ ꝙ nullū pctm̄ veniale est adeo
q̄n mortale fiat dū placet. Sed de p̄mis ve
nialib⁹ nō optet. imo sctūs Tho. dat p regu
la. ꝙ ꝯsensus in actū veniale supple ō gene
re / nō ē nisi venial. sic mētiri iocose etiā ex de
liberatōe / vel frāgere silētiū. qd̄ solū imposi/
tū ē p modū discipline. ⁊ delectari i istis nō ē
nisi veniale. Si aūt delectatio fundaret sup
hoc qd̄ ē pctm̄. i. ꝙ q̄s delectaret in h̄ actu.
sub hac rōne q̄ prohibet et displicet deo / tūc
ipsa delectatio pctm̄ mortale eēt. Sed hec
eēt diabolica placētia. Quis possꝫ forte sine
pctō mortali q̄s i hoc casu delectari i h̄ ꝙ ha
bet talē libertatē sic agēdi nesciente suo supi/
ori. aut alia tali ratione. Finit

Eiusdem de corre/ ctione proximi.

c Orreptio primi ō q̄ dr̄ Matth. x/
viij. Si peccauerit i te frat tu⁹ cor
r. pei ipm ⁊c̄ ē i p̄cepto. Si tam̄ istē sex ꝯdi/
tiōes ꝯcurrāt. Prima ē certa pcti agnitō. q₂
ex sola suspitōe nō d₃ fieri. Scda ē māsuetu
do i corripiēdo. q₂ corripiēs cū ira magis p
uocat ad pci⁹ q̄ȝ corripiat. Tercia ē ꝙ i alio
nō sit tāta aptitudo ad corripiēdū. q₂ si ipꝫ
frēm peccātē videāt aliq̄ eque boni sic ego vl
meliores. ⁊ ei forte magis familiares vl p̄la
tus su⁹ probabilr supponere possū ꝙ aliq̄s
istoꝝ corripiat ipm. Si aūt certū eēt ꝙ oēs
negligerēt euꝫ corripe / tūc teneret q̄ȝtum ad
hāc ꝯditōꝫ ⁊ alijs ꝯditōib⁹ ꝯcurrētib⁹. Quar
ta ē spes probabil ō correpti correctōe. q̄ si
nō sperat / sꝫ peioratio timeret / correctio fieri
nō d₃. Quīta ē ꝙ pctm̄ sit mortale / nō tm̄ ve
niale. Sexta ꝙ nō sit spes habendi maio/
rē oportunitatē tpis ad corrigēdū seu corripiē
dū. ¶ Istis sex ꝯditōib⁹ nō ꝯcurrētib⁹ / licꝫ p̄
cepto liget. nō tm̄ ligat ad exeq̄ndū. i. corripi
endū. sed pt differre sine pctō q̄usqꝫ he sil' cō
currāt. hoc tm̄ nō dico de plato / sꝫ ō fratre q̄
p̄sidentiā nō h₃ i illū q̄ peccauit ¶ Et obliga
tio hui⁹ p̄cepti / ē affirmatiua ligans sp sꝫ nō
ad semp. sed tm̄ p tēpe necessitatis. qd̄ est qn̄
oēs ille ꝯditiones sup dicte cōcurrūt. ¶ Qua
re nō est timendū homi bone voluntatis de
hac trāsgressiōe / si pro se habuerit dictas cō
ditiones. ¶ Itē ex vi p̄cepti secreta correctio
vel admonitio / debet p̄cedere denūciatiōem
quatin⁹ ipsa correctio cadat sub p̄cepto / ex/
ceptis his q̄ttuor casib⁹ in quib⁹ nō est neces
sariū. Prim⁹ qn̄ frat venialit nō mortaliter
peccat. q₂ de veniali nō ē p̄ceptū. Scds qn̄
corripiēs fratrē et sua secreta correctōe peio
rē fore formidat. Terci⁹ qn̄ licet sit spes cor/
rectōis p secretā ammonitōꝫ. tm̄ mora picu/
lū h₃ / tūc omissa p̄uata correctōe stati denū
ciari d₃. Quart⁹ qn̄ corripiēs sine ꝓpria cul
pa corripe n̄ valꝫ. q₂ dic Greg. pfecti magna
nimis laus ē ꝑperi exteri⁹ fortir ⁊ interi⁹ cle/
mēter. Nā sūt nōnulli i ipa familiari ꝯuersa
tōe q̄ corrigi nequeūt sine culpa corrigētis. at
qꝫ idō cū vel corrigētē indignāt / vel nō omi mō
hec agētes aggrauāt magna mysteriū dissimu
lāda dissimulatōe tolerāda ¶ Quare sciēdū
i his q̄ tradidit dn̄s suāda. Aliqn̄ ē p̄cipue
forma tenēda / vt i sacris. ⁊ i talib⁹ nō lꝫ rece/
dere a scptis v̄boꝝ formis. q₂ i ipis v̄t⁹ sacri
ꝯsistit. Aliqn̄ finis intēt⁹ magis d₃ attendi q̄ȝ
forma v̄boꝝ. vt cū dn̄s dixit curato a lepra
Mat. viij. vide nemi dixeris. ⁊ tm̄ ille diffama
uit eū. q₂ magis attēdebat ꝓpt q̄d dixerit q̄ȝ
q̄d dixerit. Silr h̄ magis d₃ attēdi finis cor/

r̄ndis.s.emēdatio peccātis q̄ forma v̄bo ... [illegible] ... ēindicare.vn̄ etiā plato dici pt pctm̄ fris / n̄ p̄missa monitōe vel secreta correctiōe n̄ tā̄ ... [illegible] ... p̄desse q̄ ali⁹ / p̄cipue propt' casus p̄ractos. ¶ Itē pctm̄ de q̄ frat' peccās fuit secrete cor ... [illegible] ... nūciās sol⁹ pctm̄ nouerat soli p̄elato dicat. Si aūt ⁊ alij nouerant / nō corā alijs q̄ corā ill' ip̄m plato reuelet. ¶ Cauēdū ne q̄s aliq̄d sinist̄ alicui de aliquo loquat' / nisi vel vt ille de q̄ loq̄tur / ab illo cui loq̄tur emēdetur. vel ne ille cui loq̄tur ei familiaritate fugat' et ... [illegible] ... onē nō debet dimittere plat⁹ propt' subsannationē. vbi sūt aliq̄ boni int' malos. vel q̄uis oēs sint mali.spes tn̄ sit d̄ correctōe.als dz tacere. vel potest ad aliuz locū trāsire vbi fructū possit facere. *Finit.*

De ɔtūclia ⁊ ɔuicio

Contumelia p̄prie loquēdo īportat dehonoratōz alicuius in hoc q̄ aliquis illud qd̄ est ɔtra honorē alicui⁹ / deducit in noticiā ei⁹ ⁊ alioꝝ. ⁊ hoc p verba.extēso tn̄ noīe dr̄ etiā eē in factis. ¶ Conuiciū aūt ē dehonoratio alterius p verba manifestatiua vicioꝝ ei⁹ culpabiliū vel naturalium.

De pctō mortali.

Peccatū mortale s̄m Aug. est dictū vel factū vel ɔcupitū qd̄ fit ɔ legē dei q̄ Generał' tēptatio fit tribus modis.suggestiōe. delectatione.ɔsensu. Suggestiōe extrīseca fit ī dicto vel facto hoīs vel diaboli. ⁊ h̄ oīm culpa caret ⁊ macula / si ei nō ɔsentit'. Intrīseca ē delectatio ī p̄mis motib⁹. ⁊ hec maculā hz s; n̄ crimē. ¶ Cōsensus ī delectatōz mortał' pcti ... [illegible] ... Nā q̄ sic delectat' aut aduertit aut n̄. Si n̄ / n̄ ē mortale Si aduertit.aut cito auertit se a cogitatōe / aut nō. Si cito auertit se / tūc ē veniale / q̄uis itez ⁊ itez ī idē redeat. Si āt n̄ auertit se a cogitatōe tali quā bn̄ scit eē malā / tūc aut aduertit p̄iculū pcti mortał' qd̄ ē ibi aut n̄. Si n̄ / adhuc ē veniale, licz mai⁹ p̄ore. Si āt aduertit p̄iculū qd̄ ē ibi / nec rīcet. s; sciēt' ⁊ volūtarie manet ī tali cogitatōe seu cogitatōis delectatōe / tūc peccat' mortaliter

Tractatus d' paruulis trahēdis ad xp̄m eiusdē mgr̄i Johis de gerson Cancellarii parisien.

Sinite paruulos venire ad me ⁊ nolite p̄hibere.taliū em̄ est regnū celoꝝ. ... [illegible] ... xp̄s sufficiētē p̄buit instructiōz.tū doctrinis.tū opib⁹ ⁊ exēplis / ad vniuersalē eccl'e decursū p oī statu ⁊ gradu regulādū. Ita ēi recta fides hz. Et qm̄ portio eccl'ie nō vil' ē puerorū ⁊ adolescētiū cet⁹ / noluit idē xp̄s ip̄os abs q̄ ɔgruis īstitutōib⁹ p̄tergredi q̄n etiā aliq̄rū tūc p̄ntiū ⁊ oīm p̄ h̄ futuroꝝ / min⁹ beniuolā indignatiōz vel insipiētiā rudē vel altrā pl⁹ q̄ satis erat īflatā q̄ sapiā ɔpescuit eoꝝ q̄ p̄hibebāt sibi puulos offerri ɔminādo of ... [illegible] ... Sinite inq̄t puulos veīre ⁊c. Et ī q̄ ab eo q̄rerel' cur h̄ ita sinerēt: subiūxit cā p̄cipuā ⁊ dīnā dī. Taliū ei ē regnū celoꝝ. ⁊ ī Marco sic hz text⁹. Discipuli aūt ɔmiabāt offerētib⁹. qd̄ cū vidisſz / idigne tulit. Et ait ill'. Sinite puulos venire ad me ⁊ ne p̄hibueritꝫ eos. Seq̄t'. Et ɔplexās eos / et ipōnēs man⁹ sup illos bn̄dicebat eos Que v̄ba si cū suo pōdere sniaꝝ ɔsiderem⁹ ingentē p̄rsus acerbe mordacis q̄ īuectōis materiā habebim⁹ ī eos q̄ puuloꝝ salutē ⁊ accessum ad xp̄m ... [illegible] ... erūt q̄ tales sīt. Sz absit oīs amaritudo rep̄hēsiōis. pcul esto oīs substomachatio pteruiēs. imitemur puuloꝝ simplicitatē. d̄ puul' locuturi. nihil h̄ ɔtētiosa aīositate declamem⁹. Attēdam⁹ poti⁹ q̄ modesta īcrepatōe ī discipl'os vsus ē xp̄s / etiā dū īdigne ferebat Sinite inq̄t puulos veīre ad me. Cōtpem⁹ deniq̄ s̄monē p puul'. n̄ magnope pēsantes rudia ⁊ vulgata v̄ba si op⁹ ē balbutire more nutricū ⁊ matꝝ bleso ore s̄monē cū puul' dimidiātiū. dūmō sic intelligat' illō qd̄ dicere volum⁹ satꝭ ē. Tū ad animādū docēd̄ q̄s puulos veīre ad xp̄m. tū ad tollēdū viaꝝ scādala magis q̄ ad q̄npiā satirica dicacitate acrit' coarguēdū. ¶ Sub pauc̄ igit' ɔsideratōib⁹ q̄ttuor nūero / ordīe lucido distinguat' p̄ns opusculū. Prīa ɔsideratio ... [illegible] ... lis q̄nta necessitate / cū sui ⁊ eccl'ie vtilitate veniāt ad xp̄m. Scd̄a ɔsideratio loq̄tur de scādalizātib⁹ puulos / dū eos varijs modis nō sinūt venire ad xp̄m. Tercia subiunge

tur ꝺ laudabili studio eoꝝ q̄ reducūt puulos ad viā q̄ ducit ad xp̄m Quarta ponet̄ apologetica ꝑ baculo mee defensiōis. ⁊ sic̄ exhortabit̄ paruulos ꝑ me indignū ad xp̄m venire. ¶ Submitto tn̄ oīa autoritati beniuole superioris mei i hac pte. Et neqꝫ sensū ꝓpriū, necꝫ prudētiā/neqꝫ iudiciū ꝑponā amicoꝝ meoꝝ spūaliū cōsilio. vt sit zelus me⁹ hac hūilitate tēpatus/ne vt sic currens incurrā. Ubi ꝟo isti mecū senserint reliqua oīa que homines aut carnales aut maliuoli aut ad pauca aspiciētes enūciauerint/ꝯtemptus⁹ suꝫ leuiter/sciens cū Hiero. qꝫ ꝑ infamiā ⁊ bonā famā ꝑuenitur ad xp̄m.

Cōsideratio prima.

De paruulis quāta necessitate cū sui ⁊ ecclesie vtilitate veniant ad xp̄m.

X b Onū ē viro cū portauerit iugum ab adolescētia sua. Jugū illꝺ intellige qꝺ xp̄s asseruit eē suaue ⁊ onus leue ¶ Hui⁹ snie ꝟitas fundat̄ ꝑmo i augmēto diuie grē/q̄ tribuit̄ exercēntibꝫ se ad eā tāto abūdāti⁹ q̄to cici⁹ ac diuti⁹ h̄ egerit. Ubi ꝟo maior ē gratia i aīa/magis ē ipsius fortit. nutrit. ꝯseruatrix atqꝫ roboratrix. Et e regiōe plerūqꝫ fit iusto dei iudicio/vt q̄ gratiā dei vel neglexerit v̄l repulerit abutēs donis dei ⁊ talētis summi p̄ris familias i ꝑmo etat̄ vigore dū fas erat post modū ad eā ven̄ēdi i nequāq̄ recursus habeat. Sed absqꝫ dei grā quis saluabit̄: q̄s subsistet: q̄s nō potius in ꝑceps vel in damnū ruet: Si tu i puericia cū deū nōdū offēdisti nec ꝑmerio fasce pctōꝝ nequis vt dicis) ascēdere ad ꝟtutes/quid fiet duꝫ hostis fueris. dū grādis criminū sarcina cernicē senectutꝫ curuabit ⁊ ꝑmet: ¶ Porro q̄s nesciat ꝑmitias florētis etatis sicut ⁊ i plātis ⁊ vineis ⁊ rebꝫ ceteris acceptiores existere. ac ꝓinde obsequia paruuloꝝ gratiora eē q̄ senū debilitatoꝝ. q̄ nō vicia deserūt/sꝫ a vicijs relinquunt̄. Optima queqꝫ dies miseris mortalibꝫ eui ꝑma fugit. ait egregi⁹ poeta ¶ Ampli⁹ si ꝯsuetudis ꝟtus attēdit̄/q̄ ab Aristotele (vocē expientie ꝓferēte) vocat̄ altera natura. ꝑspicuū erit nihil mala ꝯsuetudīe onerosi⁹. amari⁹ atqꝫ deteri⁹. ⁊ bona ꝯsuetudie nihil facili⁹. suaui⁹ diuiniusqꝫ. Propterea ꝯsentiūt ph̄i oēs ⁊ poete cū theologis/nō paꝝ referre iuuenes sic v̄l sic assuefieri. Adeo teneris assuescere multū ē/ait ꝟgili⁹. Hic iubꝫ Tulli⁹. optimā formā viuēdi eligēdā eē quā iocūdā reddet ꝯsuetudo. Qꝺ male fers/assuesce/feres ait Naso. Et Flacc⁹. Fingit equā docilē tenera ceruice mḡr Ire viā quā mōstrat eques. venaticus ex q̄ Tpe ceruinā pellē latrauerit aula. Militat i suis catul⁹ nūc adbibe puro Pectore ꝟba puer nūc te melioribus offer Quo sel̄ ē ībuta recēs ꝟuabit odorē diu testa ¶ Postremo si maximā vim ꝯsuetudinis/ꝑuerse leges ⁊ sacrilege supstitiōes ośdūt/vt Auerrois ꝯmemorat. sic̄ ⁊ viciosi mores/put ꝯqueritur Aug. ⁊ alioꝝ plurimi. q̄s dubitabit assuefactionē i vera religione ⁊ castis moribꝫ/plus h̄re ꝟtutis q̄n adiungitur et opitulatur sicut ꝑdixim⁹ grē diuini⁹ inspirate ꝑpotens auxiliū. ¶ Quocirca mea crebra mens exhorruit/duꝫ sonabat iuuenū subuersiu⁹ ille versus. Angelicus iuuenis senibꝫ sathanizat i annis. Plane non video qꝫ de sathanizāte iuuene sperādū sit in senectute/q̄n ꝑuersis iclinatōibꝫ accesserit ꝑuersioꝝ ꝯsuetudo/si angelizās iuuenis et vicijs obnitēs/in senio sathanizat ¶ Sꝫ blasphemū h̄ ꝑuerbiū adinuenit errās vulg⁹ vt reliq̄ multa. Ad q̄d ita: Ad patrociniuꝫ viciꝫ ꝑditissimoꝝ neq̄ssimorūqꝫ puuloꝝ suoꝝ quoꝝ maior incōpabiliter ē copia. q̄tin⁹ nō tā eos corrigeret ab errore viaꝝ suaꝝ q̄ non irriderētur a cōsortijs timoratis ⁊ bn̄ institutis (q̄ profecto sunt rara auis i terris) q̄bꝫ inest verecundia malis obstās conatibꝫ. ¶ Et heu ita iā ē. Jn puulis laudatur inuerecūda frōs. Procax vult⁹. Jmpuꝝ os ⁊ blasphemijs ⁊ obscenitatibus assuetū. Lubricitas in oculo. Jn gestu oīs dissolutio. Sꝫ vere quales ex talibꝫ puul̄ ꝑdeāt viri atqꝫ senes/ꝑsentit nimiꝫ xp̄ianitatis quotidiana calamitas. ¶ Nō fallebat ꝫ/sed circūspectissime ꝯsiderabat qui affirmauit repatōeꝫ moꝝ ecclīasticoꝝ si q̄rat̄ fieri/inchoandū eē a puul̄ Quia eī min⁹ corrupti minusqꝫ tenacit̄ infecti sūt/capaciores inueniuntur doctrinaꝝ salubriū. Etsi h̄ fortassis nō satis ad ꝓfectū Jstud eī notasse videt̄ Aristot̄. di. eos ineptos auditores moral̄ scīe. nolēs ꝑ h̄ negare ipsam eis vtilē existere/nisi dixerim⁹ eū sibimet ꝯtriū. ¶ Paruuli q̄ppe apti sunt ad accipiēda bonoꝝ studioꝝ exordia/q̄n nōdū falsas opiniōes alii⁹ ībiberūt/q̄n nōdū radicitus herēt pniciose adinuētiōes i eis. Utres sunt recētes ꝑ liquoribꝫ optimis. Nouelle ꝑterea plātatiōes q̄ sequunt̄ leuit̄ q̄ ducentis man⁹ deserent Oia hec sec⁹ in senibus plenis dieꝝ maloꝝ/quos citius frāgas q̄ fle/

[illegible] aut̄ scīssimū op⁹ exercebit̄ q̄ꝫ ī celeberrima ciuitate parisꝭ. Ibi sūt eīn pueli ꝙ ꝑ vniuersalē dispgēt xp̄ianitatē. Esse q̄ꝫ poterūt aliorꝫ doctores instructoresq̄ꝫ cōmodissimi. [illegible] ꝯsiderari [illegible] ꝑparare oīa antixp̄o ī demollitōꝫ ei⁹ q̄ꝫ facto aut v̄bis clā vl̄ palā obuiātē voci xp̄i dicētis. Sinite puulos venire ad me ꝛc̄.

Cōsideratio scd̄a.

De scandalizātib⁹ paruulos dū varijs modis eos nō sinūt venire ad xp̄m.

r Ui scandalizauerit vnū de pusillis istis minimis ꝙ in me credūt. expedit ei vt suspendaꝭ mola asinaria ī collo eius/ ꝛ demergaꝭ ī profundū maris. Christus hoc dicit. dubitare nefas ē. Nec oportet ī hoc verbo vti duntaxat mystico intellectu/ transferēdo ad pusillos sp̄uales. qn̄ l̄raliter etiā potest intelligi ꝺ pusillis etate. Et accipiꝭ forte ꝑncipalius ꝛ prius de eis/ tanq̄ꝫ scādalū periculosi⁹ lōge sit ipsorū q̄ꝫ aliorū credentiū. quoniāꝫ (teste Oracio) Talis quilibet ē cereus in viciū flecti. ꝛ dū semel corruptus est/ nō eque leuiter [illegible] Propterea taliū scandalo ꝑcauēs Satiric⁹. docuit q̄ maxima debeꝭ puero reuerentia/ ne. s. quicq̄ꝫ fiat impudicū. prauū ꝛ obscenū ī offensionē sue puericie. Ad h̄ redit verbū christi ꝑmissum. Sinite puulos venire ad me ꝛc̄. Oīs quippe scādalizās paruulos/ suo accessui ad christū obuius est. Hui⁹ denicq̄ꝫ iussionis vtrobicq̄ꝫ similis fere causa ponitꝭ a christo paruulorꝫ videlicet dignitas. Nam prius dictū est taliū esse regnū celorꝫ. Hic asserit quoniā angeli eorꝫ semp vident faciēꝫ patris sui qui in celis est. ¶ Nūc supest enumerare modos scandalorū paruulis obstātiū. Est eīn scandalū dictū vel factū min⁹ rectū/ prebēs alteri occasionē ruine. Oīs idcirco peccare vel cadere faciēs paruulos in via morū gradiētes ad xp̄m scādalizat eos. [illegible] ne. Et vtrobicq̄ꝫ dupliciter. directe vel indirecte. Indirecte quidē scandalizat aliquis/ dū nō prohibet scandalū. quādo sua autoritate vel officio/ posset ꝛ deberet. quemadmodū negligētia naute subuertit nauē. Aut certe volēs quispiā prohibere scādala impeditꝭ/ seu cōtumelijs aptis/ seu detractōib⁹ occultis/ seu damnis/ ꝛ alijs diaboli mille machinamētis. Utrūq̄ꝫ istud scādalū ꝑbuisse visi sunt discipuli/ dū ꝛ ꝓhibebāt puulos venire ad xp̄m ꝛ cominabanꝭ offerētib⁹. At vero q̄ꝫ irrationabiliter hoc egerint/ ꝛ nō s̄m sciam/ indignatio xp̄i subsecutā aptū dat indiciuꝫ. Quos vidēs Jesus (inq̄t euāgelista) idigne tulit. An opis hui⁹ gua tibi videtur indignitas ꝙ ad indignationē cōmouere potuit dignā [illegible] ꝙ ip̄m benignitatꝭ fontē valuit quasi turbare serenū. Non interim memini l̄ris expssum/ q̄ factū aliud indigne tulerit xp̄s. Qui etiā ipsa publicanorū ꝛ peccatorū facinora māsuete ferebat/ dū indignabaꝭ falsa pharisēorꝫ iusticia acclamās. cur cū peccatorib⁹ ꝛ publicanis manducaret. ¶ Uitemus vtrūq̄ꝫ scādalū fratres ne cadat indignatio xp̄i sup nos. Nam in [illegible] ¶ Scandala quidē operū ꝛ verborꝫ que palā ꝛ directe tenduꝭ adolescentū pedib⁹/ nemo nō intelligit. Sūt eīn qui glorianꝭ non solū cū malefecerint/ ꝛ exultāt in rebus pessimis/ sed diabolica puersitate socios q̄t possunt facinorib⁹ suis accumulāt. quasi scꝫ ad nil aliud intēdere videanꝭ/ q̄ꝫ ne soli pereāt. aut ne parū comitati detrudanꝭ ī infernuꝫ. Talē olim catilinā passa ē romana respublica. ꝛ nūc plurimos experiꝭ eccl'a. Excecauit eīn eos malicia eorꝫ vt a fide discedāt. ꝛ vt dati ī reprobū sensū agāt ea ꝙ ꝑdē ap̄ls ad Romanos scribēs enumerauit. ꝛ (qd vix vll⁹ credere poterit) longe deteriora ꝛ abomiabiliora. Nec sufficiūt sue dānatissime pditissimeq̄ꝫ pditōi extranei ꝛ puecti. ip̄i nulli p̄ximitati sanguis. nulli innocētie ꝛ āgelice puritatꝭ etati. nulli p̄ti scīssime parcūt/ qn̄ oīa fedēt. oīa cōmaculēt exectādis flagitijs. Tāta ē nimirꝫ libidinose voluptatis effrenatio taꝫ fas omne nefasq̄ꝫ cōfūdit furor inflāmat⁹ et ꝑfundat⁹ viciorꝫ. ita vt recte senserit Origenes. ꝙ nihil referre posuit int̄ demoniacuꝫ ꝛ aliū passiōib⁹ suis agitatū/ nisi q̄ ampli⁹ addo. demoniaco eīn pena sola est hec vexatio que alteri ad culpā detestabilē iputaꝭ. ¶ Mi z remur ergo si nostra tēpestate pl⁹ solito/ sensus et cogitatio homis ꝑna sūt in maluꝫ ab adolescētia/ qn̄ cū ꝑmaria corruptōe nature sugūt paruuli quasi lac/ ꝑsonalem vt sic lo

quar saniē peccatoꝝ. ¶ Adde ꝙ multoꝝ pa-
rentū ꝛ magistroꝝ cura / vel nulla vel vltima
est / de paruulorū suoꝝ moribus ꝛ eoꝝ disci
plinata custodia. Quid ergo stupendū / abs-
ꝙ ductore positi in via lubrica et tenebrosa
(q̄s angel⁹ dn̄i mal⁹ ꝑsequit̄) cadūt et facilius.
¶ Utinā negligere eos solū esset. Ponunt añ
oculos suos talium operū dictorūꝙ nefan-
dorū exemplaria. imo et picturarū ignomi-
niosarū ꝛ scripturarū lasciuarū simulacra.
ad que aspicientes q̄d nō nisi prauit̄ operent̄.
Audi satiricū. Sic doct⁹ ꝛ citi⁹ nos corrūpūt ex
empla domestica / magnis cū subeāt aīos au
torib⁹. Preterea q̄d ager fili⁹ nisi qđ viderit
patrē facientē. Ad qđ retorquet̄ puerbialit̄ il
lud eglogici carmis. Pīez seq̄tur sua proles.
Ita euenit vt iā desit ī multis remedijs loc⁹.
qꝛ q̄ fuerāt vicia mores fiūt / iuxta Sene. ꝟ
bū. ¶ Nōne q̄so scādala hec tibi esse pessima
videt̄ ꝓ puul' ꝑcipitandis ī via moꝝ. Et ve
talib⁹ palā scādalizātib⁹ nō iā vnū sꝫ multos
ex pusill' xp̄i. q̄s nō sinūt venire ad xp̄ꝫ. ¶ At
uero si scādalizātes ī obscuro ꝛ ī occulto re-
ctos corde / deteriores sint nō mor diffinio.
Isti sunt (vt diximus) q̄ ponūt scādalū nō im
mediate ꝛ apte añ pusillorū pedes / sed velut
a latere. Nā ductorib⁹ eorundē ꝛ instructori
bus insidiant̄. eos subsannāt ꝛ īfamāt et ca-
lūniant̄. q̄si nō deuotione ꝛ religiosa pietate
cōicēt puul' ī doctrina. sed vel curiositate vel
hypocrisi vel fictōe aliq̄. ¶ Hec ē vulpina / im
mo diabolica calliditas / q̄ ex obliq̄ insidiās
ꝛ mordēs vt coluber / nō sinit puulos venire
ad xp̄ꝫ. In q̄ peste min⁹ ē remediū q̄ꝫ ī ꝑina.
q̄nto min⁹ expelli pt hostis occult⁹ q̄ꝫ aptus.
Tales cōpescere debuisset illa sapientis ꝑce
ptio. Noli ꝓhibere bene facere. Si potes ꝛ
ipse bn̄fac. O q̄s capiet nob̄ has vulpes puu
las q̄ demoliūt̄ vineas. ꝛ florētē ortuꝫ eccl'ie
calcāt. subintrāt eñ et repūt ex occultis. nec
illas dep̄hēdes nisi ꝑ vestigia. Et q̄ sunt hec
vestigia. Cōculcatō certe floꝝ q̄rūlibet pul-
cerrimoꝝ. ꝛ euulsio salubriū plātationuꝫ. et
ꝙ rarissim⁹ cultor accedit q̄n culpet̄. ¶ Sꝫ q̄
portēto ex hoīb⁹ fiūt vulpes. ꝛ q̄ voluptate
(dicā poti⁹ malignitate) ista agūt. Rn̄det̄ de
nō null' eos forsan tiere se detegi. Alios tor-
quet liuor edax / si qđ ñ agūt fiat ab alijs. ali
os fidei religiōisꝙ ꝯtēpt⁹ exagitat. apđ q̄s
pietas oīs / nō nisi fatua q̄dā ꝛ anilis stolidi
tas iudicat̄. Reliq̄s nihil hoꝝ / sꝫ sola tepidi-
tas deuotōis euomi digna vexat ꝛ lāguidos
excruciat. ¶ Ue mōdo ab his scādal'. expedit
autorib⁹ magis mori. q̄m tot aīaꝝ ꝑditiōis ꝛ
via deterius sūt quorū dā vel palā scandalizāt
ꝛ ꝑdunt. ꝑsertim dū nō sinūt paruulos veni
re ad christū.

Cōsideratio tercia.

¶ De laudabili studio eoꝝ q̄ reducūt puulos
ad viā que ducit ad xp̄m.

q Ui cōuerti fecerit pctōrē ab erro-
re vie sue / saluabit aīaꝫ ei⁹ a morte
ꝛ operit multitudinē pctōꝝ. Ex h
ꝟbo trahere potuit Greg. nullū eē deo acce
pti⁹ sacrificiū q̄ꝫ zelū aīaꝝ. O, si tanta sollici
tudis inq̄etudie. si tot vigilijs ꝛ curis īmor-
talib⁹ / ꝑ media vite ꝑicula q̄rūt hoīes salua-
re res vanas īaīā picturas. si colligere satagūt
viles terrenaꝝ opū sarcinulas / q̄s aplus ar-
bitrat̄ vt stercora. Et dū hec agūt / laudāt̄ vt
industrij vt diligētes vt officiosi ꝛ vtiles rei
publice. Uidete oro q̄ꝫ ta ē vel inertia vl' infi
delitas d̄ aīaꝝ immortaliū salute nō curare
xp̄ianos. immo q̄lis ē illa impudētissima ꝑ-
uersitas / eos inculpare / vijsꝙ nūc apt̄. nūc
occult̄ ꝑpedire. q̄ puulos ducere satagūt ad
xp̄m ne corruāt ī baratꝝ. ¶ Sꝫ optune ꝛ im
portune dieb⁹ festiuis ꝛ ꝓfest' extrahit aliq̄s
bouē asinū a fouea ꝛ luto / ꝛ nō ꝓhibet̄. Qua
rōne coarguit̄ aliq̄s tāq̄ꝫ īportun⁹ et stolid⁹
si iugi studio oīꝙ tpe trahere conet̄ aīas ad
xp̄m. aīas infixas ī limo profundi vicijs ob-
rutas / cathenatas pctis. vinctas ī mēdicita
te ꝛ ferro. ¶ Quecūꝙ pōt facere man⁹ tua in-
stanter opare / iubet Salomon. Et rursus.
mane semia semē tuū. ꝛ vespe ne cesset man⁹
tua. qꝛ nescis qđ magis oriat̄. hoc aut illud.
et si vtrūꝙ sil' meli⁹ erit. Cōtēnūt amatores
reprobi verba quelibet hoīm dū male cupi
tis fruant̄ amorib⁹. ꝛ zelator xp̄i ad leuē fla-
tū vocis cuiuslibet velut admote trepidabit
arūdinis vmbrā. ¶ Spūales dom⁹ dei. tem
pla ꝛ sacraria spūssancti viuētia / ciuitates sā
ctorū. regna celestiaq̄ ī terris passim succēdū-
tur / rapacibus ꝛ infernalib⁹ flāmis. oīm vi-
cioꝝ / ꝛ opitulari nr̄a lētescet inertia. ¶ Por-
ro quātis extollerent̄ fame ꝑconijs. ꝛ medi-
cus gratis ingerēs opas suas sanādis egro
tis. ꝛ aduocat⁹ sine q̄stu patrocināns. ꝛ artifex
oīs sue artis vtilitatē nil retribuētib⁹ īpartiēs.
Qualis igit̄ erit inter xp̄ianos nō iusticia sꝫ
insania / si medic⁹ spōtane⁹ aīarū aduocat⁹ ꝛ
artifex salutis earū / inculpat̄. exibilatur. pro
hibetur. ¶ Paruuli nominatim tot quotidie
pessimis alloquijs vrgent̄ ad malū. et null⁹

[illegible] ꝯtradicit. nec ꝟtutū partes agit ꝓ in/
[illegible] ad bonū. ¶ Deniqȝ paruuli dira
[illegible] ſpūs excruciari/petunt panē. ꝛ nemo
[illegible] frangat [illegible] obſtabit frangē/
[illegible] non hec [illegible]
[illegible] animalium [illegible] galline.
qua nullū [illegible] aīal erga fetus ſuos [illegible]
[illegible] ait) magis infirmat̃ pietate. demittun
[illegible] hirte fiūt. raucēcit vox que
[illegible] incredibili ſup̄ vi/
res [illegible] pullos tuet̃ Et nos qui tpi
[illegible] volumus in hoc ope tor [illegible]/
mus. obſeruabim' [illegible]/
mus [illegible] ¶ Inueniunt̃ aūt modi plures re
ponēdi puulos in via ducēte ad xp̄m. Un⁹ ē
p̄dicatio publica. Alius ammonitio ſecreta
[illegible]⁹ magiſtralis diſciplinatio. Reliquus et
[illegible] religioni [illegible] ꝯfeſſio. ¶ Senti
at alius q̄d voluerit. ego ī ſimplicitate mea
iudico ꝯfeſſionē (ſi mō recte facta fuerit) eſſe
directricē efficaciſſimā ad xp̄m. ¶ Aꝑiūt̃ em̄
ꝑ eā morbi pctōꝝ ītimi/ſi docte. prudēter ꝛ
moroſe ꝑſcrutatus oīa fuerit/cōfeſſor ob
ſtetricādi ſciam habēs/ad educendū ex aīa
colubꝝ tortuoſum. et ad eijciendū vir⁹ peſti
lens a corde. quo manēte nullius vnqȝ par/
uuli ſpiritus creſcet in xp̄o. ſed iugiter mor/
bidus et lāguidus. immo penit⁹ emortuus
ꝛ ſepult⁹ iacebit in ſterq̄linio pctōꝝ. Ac ꝑin
de nullū op⁹ vite. nullū motū ducēte ad xp̄ꝫ/
ꝓduceret ex ſe. ꝛ ſanies ꝓ ſanguie ꝯcreſceret.
[illegible] peccati [illegible] maneret ī vulnere q̄n
etiā miſera cōſciētia ſtimulis mortis intror/
ſus exagitata oberrās raperet̃/aliorſuꝫ ꝑ vi/
as difficiles ꝛ adinuētiones deſiderioꝝ mor
tiferas. ¶ Addo ꝙ alibi nulla pōt fieri moni
tio accōmodatior q̄ȝ ī ꝯfeſſione/nulla ꝯferri
medicīa aptior egritudinib⁹ vicioꝝ. Et vbi
queſo [illegible] cautior ꝓ futu/
ris. ¶ At vero fatebit̃ aliq̄s ita ſe hr̄e. ſic tn̄ fa
tebit̃/ꝙ nō niſi ſemel ī anno vel ad multuꝫ q̄
ter/op⁹ iſtō circa eūdē puulū exerceri cōgru
at. Ad qd̄ nouiſſime r̄nſuꝫ ē/dū de diligētia
mūdanoꝝ ſmō habebat̃. q̄ȝ q̄ȝ nō obſiſtim⁹
[illegible] cūdē cōfiteri.
Utinā vl' ſemel ī anno puuli cōplerēt vnicā
debita ītegritate cōfeſſionē. Sed qm̄ multi
ſūt/ꝛ tp̄s illud paſce breuiſſimū ē/vt nō va/
cet [illegible] inquirere
[illegible] qui/
bet paruulorū (imo neceſſe ē) ſemel recenſeat
cū prudēti ꝯfeſſore totū vite ſue decurſū. nō
in trāſitu. neqȝ ſtrāgulato ore. ſꝫ diutine ꝛ ꝑ/
fecte. ¶ Reſultat exhinc triplex ꝓfectus. In
puericia ſiq̄dē multi ſeducti pl⁹ q̄ȝ diaboli/
ca rabie/multa faciūt vl' patiūt̃ enormia ne
fandaqȝ/q̄lia vel loq̄ neſciūt vel nō audēt/ni
ſi p̄moniti ꝛ interrogati de q̄b⁹ tūc edocētur.
ita tn̄ ne mala neſcita male doceant̃. niſi for
ſitan cū [illegible] ita res
inciderit ꝛ fundit⁹ expurgāt̃. Scḋo ſciūt ꝓ
futuro q̄ ꝛ q̄liē ꝯfiteri tenēt̃. inſtruūt̃ q̄ꝫ nil ī
ꝯfeſſiōe mētiri vl' celare deinceps. Tercio q̄e
tātur ſuaui⁹ ī ꝯſciētia/dū ad p̄terita delicta
poſtmodū ī grādeuiori etate verecūdi⁹ cōfi
[illegible] q̄ ꝯ [illegible]
tōe ꝯfeſſorꝫ nulla poſtmoduꝫ ſcrupuloſitas
exorit̃. nec ad ſupiorē remittunt̃. Nēo puos
hos fruct⁹ eē iudicabit q̄ cogueri q̄ȝ ta ē vis
tyrānica pudorꝫ ī q̄buſdā. ꝛ pl⁹ ī femis. qn̄ p̄
ferri horrida ipoqȝ etiā cogitatu abomīabi/
lia facta/miſerā aīaꝫ ꝯſtupuerūt vſqȝ ad ꝟti
cē ſit̃ cū corpe. Quiſq̄s hec ſcire potuerit/fa
tebit̃ opinor fere nō min⁹ eē ſi tales apiāt os
ad ꝯfeſſiōꝫ ītegrā/q̄ȝ ſi naturalr̄ muto repa/
ret̃ vox ad loquēdū. ¶ Dicet [illegible] mihi vel A
[illegible] monitiōes ꝛ cō
feſſiōes [illegible] cur
ita? Quia nimiꝝ vel fingūt vl' mētiūtur. vel
mox recidiuāt ad vomitū. ¶ Sꝫ rn̄dem⁹ ꝑ/
[illegible]/
[illegible]/
nūt cōfiteri. Nūquid ſentinā nauis exhau/
[illegible]
[illegible] Pugnam⁹ [illegible] Sene
ca) nō vt vincam⁹ ſꝫ ne vincāt. Si quotidie
man⁹ ſordidant̃/nō min⁹ abluim⁹ illas. q̄ꝛ et
ſi red'eāt/ſordes n̄ ea tenacitate cohereſcunt
Porro mētiri nōnunqȝ aut celare ſe puulos
nō ignoro [illegible] cōfeſſiōis
Utinā nec adultis hoc adeſſet viciū. ſed pe/
detētim extorquet̃ ꝟitas cū bonis monitio
nib⁹ [illegible]
Et ſi nō tūc vel ſubito/fiet hoc ī poſterū dū
inualuerit timor dei ꝛ eorū carnes ꝯfixerit.
O, ſi q̄ſdā dſpexerit de⁹ ita vt eos corrigere
poſſit [illegible] nihilomin⁹ pl'es
emēdātur/etſi vel ſic ſola aīa ī mēſe vel anno
ſaluatur/n̄ ꝑdita ē occupatō. charitas opiet
[illegible]/
[illegible] mi/
hi [illegible] qd̄ tegit
pctā. ꝛ tegēdo remittit. cōuertat impiū ab er
rore vie ſue. ꝛ liberat animam eius a morte.
Uos p̄cipue rectores ꝛ p̄ceptores puulorū
diſciplinā erga eos ſedulā conſeruate. Hoc

eĩm bona fide ⁊ pia fraternaq̧ deuotõne/ nõ
q̃si iubẽs aut de vobis aliť sentiẽs ꝯmoneo.
Ipsos q̃z nõ dico non prohibete venire ad
xp̃m s̃z ducite. ¶ Et qm̃ nullũ aĩal facilius q̃
p̃uulis a p̃uul' mutua cõtagione ledit/ vĩm sit
studiũ circũspectõe vigili p̃spicere/ q̃s ex nu
mero discipuloꝝ vsoꝝ p̃rauc fedeq̧ sit infe/
ct⁹. Unica p̃ua pec⁹ inficit omne pecus. Et
vnı⁹ adolescẽtis sordidi mores p̃les ex ꝯsor
tio sanos inq̃nant. Cũ p̃uerso p̃uerteris de/
nũciat p̃pheta. Et de q̃busdã ait. Cõmixti
sũt inter gẽtes ⁊ didicerũt opa eoꝝ ⁊c̃. Q, si
furta etiã modica opũ tp̃aliũ dñi sentiret' fie
ri/ cauta inq̃sitõe ⁊ sollicitudine prohiberet'
vel corripiẽdo vel eĩciẽdo culpabiles. Attẽ
dite q̃ furtũ aliud nullũ; damnosi⁹ nullũq̧
execrabili⁹ sacrilegiũ q̃ tollere p̃ciosas p̃uu
loꝝ aĩas. q̃ tẽplũ dñi sc̃m (qd ipsi sunt) p̃uer
sis seductõib⁹ violare. fedare. demoliri. sub/
uertere. Quãobrẽ viciosos etsi nõ oẽs eĩce/
re potestis (Sp eĩm bonis mali ꝯmixti sũt)
Illos saltẽ notate/ q̃ nefãda p̃nicie palã no/
cẽt ceteris. Sed dicetis. Tales nulli sũt. nul
los inuenim⁹: Utinã nulli. vtinã vel solum
pauci. At vereor ne aliť ꝯpertũ habeat'/ si di
ligẽtie vr̃e oculos ad hãc rẽ studuerit' apire.
Et certe fieri poterit/ vt vnius publica corre
ctio p̃limos deinceps a peccãdi libertate cõ
pescat. ⁊ taliter peccãdi/ qualiter nec apte no
mĩare pudor sinit. Discedẽt forsassis ab ill⁹
regimĩe q̃ hoc egerit nõnulli dicẽtes. q̃m du
rus ẽ hic homo. Sed sperãdũ ẽ tñ ĩ diuina
p̃uidẽtia. tũ ĩ bona fama ei⁹ inde secutura/ q̃
aliĩ meliores ⁊ numero plures subintrabũt
Nihil eĩm ṽtute amabilius. nihil qd magis
alliciat ad sũi consortiũ. ¶ Deniq̧ monitos
oẽs volum⁹ cautos eẽ/ ne q̃buslibet impro/
perare valeat p̃uuloꝝ aliquis ṽbũ prophe/
te. In via hac q̃ ambulabã/ abscõderũt sup
bi laqueũ mihi. Et rursus. Iuxta iter scan/
dalũ posuerũt mihi. Quo pacto sic' impedi
endo. s. eoꝝ aliquẽ/ vel adiutores suos/ ne ṽ/
bũ compleat' dñi quo ait. Sinite paruulos
venire ad me ⁊c̃.

Cõsideratio quarta

¶ De apologetica pro hac'lo mee defensiõis
⁊ simul exhortabit' p̃uulos p me indignũ ve
nire ad xp̃m.

B I occupat⁹ fuerit hõ ĩ aliq̃ deli/
ctos/ vos q̃ spirituales eistis/ hm̃oi
ĩstruite ĩ spũ lenitatis. ꝯsiderãs te
ip̃m ne ⁊ tu tẽpteris. ¶ Expressim⁹ moꝝ fuit q̃
dicit. Ars artiũ ẽ regimẽ aĩaꝝ. Quãq̧ ita ni
hil sine arte nostri tp̃is hoĩes ⁊ sacerdotes at
tẽptare p̃sumũt ⁊ ceci cecos ducũt. Iz s. rui
na multiplex immineat q̃s ãmirabit'. Ado ã
indignũ videt' apd multos si q̃s ex theolo/
gis aut famat⁹ ĩ lr̃is vel ecclastica dignita/
te p̃dit⁹ ad hoc se op⁹ inclinauerit p̃cipue
circa p̃uulos. Qd mihi (q̃ ĩ talib⁹ ẽẽ puto
momẽti alicui⁹) ĩ fabulã ⁊ improperiũ cesse/
rit. Et sane mihi videnť discipuli xp̃i adhuc
tũc celestiũ paꝝ capaces/ hac insipiẽtia labo
rasse/ prohibẽtes p̃uulos offerri xp̃o. repu/
tãtes vicz ĩdignũ eẽ si tãt⁹ mgr̃ ⁊ doctor eoꝝ
xp̃s huic hũilitati subiaceret. Cõuincit aũt
ipsos sic sentiẽtes tã exẽplũ xp̃i q̃ ṽbũ pre/
missũ apl'i. In q̃ vult alioꝝ instructores esse
sp̃uales/ ⁊ spũ lenitatis p̃ditos. ⁊ cõsideran/
tes seipsos ne tẽptent'. Tales ṽo q̃ rari sunt
cogitare stupor ẽ. Da mihi aliquẽ ⁊ dicaz q̃
sp̃ualis ẽ qui sp̃ualiter oĩa diiudicet. q̃ did/
cerit ex his q̃ passus ẽ cõpati. q̃ querat non q̃
sua sunt sed que Iesu xp̃i. quẽ totũ repleuit
charitas. hũilitas et pietas/ vt nullũ ĩ eo lo/
cũ vanitas ⁊ cupiditas inueniat. cui⁹ cõuer/
satio ĩ celis sit. q̃ tanq̃ vn⁹ ex angel' dei/ nec
bñ̃ dictõe nec maledictiõe moueat' exẽplo eo
rũ. neq̧ ex misterio occupatõis sue inferior'
sup̃na deserat nec sordes ꝯtrahat pestiferas
Alioq̃n q̃d sibi p̃dest si vniuersũ mũdũ lu/
cret'/ ⁊ aĩe sue detrimẽtũ patiat': nõ audiẽs in
bentẽ. Miserere aĩe tue placẽs deo. Tal' de/
niq̧ q̃ nullis stimulet' aut alliciat' formis cor
poꝝ. sed abstract⁹ ĩ sublimi arce rõnis ĩ sola
aĩaꝝ p̃spicaci q̃litate ṽset'. Quid. n. eĩm istã ti
bi deerũt/ ⁊ repẽte vel suspitõib⁹ inq̃etaberi'.
vel nimis terrebere' vel glia turgesces. aut ꝯ
ctus eris ĩfamia/ carnal' es nõ sp̃ual'. necdũ
satis ĩdone⁹ q̃ alios ĩstruas in spũ lenitatis.
Quo fit vt ad hoc res redeat/ vt ĩculpari po
ti⁹ de temeritate q̃ de nimia hũiliatõe debu
erim/ dũ officio sp̃ualiũ viroꝝ memet immi
sceo/ volẽs p̃uulos instruere p̃occupatos in
peccis tanq̃ si testudo terrestris se p̃nat' aui
bus cõsociet. ¶ Sed q̃d agã: Sẽtiũt aliq̃ q̃/
dã ex hoĩb⁹ etiã beniuol'. Cõminãť vel mihi
vel p̃uulis ne accedant ad me. ⁊ ꝧ alia multi
plici rõne signãter q̃druplici id arbitrant' re
cte facere. Allegãt q̃ppe disparitatẽ moꝝ mi
hi cũ p̃uulis. Allegãt officiĩ dignitatẽ occu
pandã ad maiora. Dehinc cauťant' loci ⁊ tẽ/
poris ĩportunitatẽ. Postremo metuũt rei ĩ/
suetudinẽ ab emul' calumniabilez. ¶ Itaq̧ C
tractemus pauca de singulis. Dicunt ⁊ ṽez

